

Sermo

De fructibus cognoscit si apud te Ihs moratur. Accedit ad te sponsa / folia prout ficulne tue: querit in te fructum: querit dilectum. Hic est enim fructus dulcis gutturi eius. Felix es cum hoc abundaueris fructu: cum domini tui sponsa isto satiaris cibo. Esca electa electa. Delicie eius sunt tecum esse dilectum suum. Non inuidet. non zelat dilectum suum omnium vult esse dilectum. Ideo apud omnes querit: ut illum apud omnes aut inueniat aut inuiter. Querit enim apud illos Iesum: quia querit perfectum in ipso. Querit per vias et plateas: sed non in omnibus inuenire potest. Querit in quibusdam: et non inuenit illum. Paulus omnium si stiebat salutem: in visceribus omnium christum inuenire cupiebat: omnes cupiens in visceribus christi. Sed enim audi quid dicit quod quosdam deplorat. Reminere inquit vniuersim habeo omnes que sua sunt gratum: non que Iesu christi. Puras que apud eos inueniri christus querit: quia ipse vult inueniri non querit. Et multos quidem sic querentes reperies aliud propter ipsum sed non pro ipso. Tractat in consiliis. disceptat in iudiciis: in scholis disputatur: cantat in ecclesiis. Religiosa sunt hec negotia: sed vade ad exitum aquarum et pensa deus generalior istorum finis est operum. Vide si non per hec omnia quedam exerceant mercimonia de ipso. Quasiuosa res nomen est christi. Nil pensis: nil operatur. Felix tamen qui nois huius virtute sectatur: apud illos tractat: disceptat: disputat super hoc nomine. Nobis satis est: sed in istis in claustris saltem non adimeat: nisi quod comoditas maior: ideoque maior confusio nisi si penes nos non inuenit christum. Non inuenit forma iusticie: si pioy operum non est interior pura. Nam ipsa lenicia est meritis quedam diuina alacritas: que de ipsius presentia recipi solet. Et que vere possumus presentiam ipsius interpretari. hec in quibus celestis et excedens affectio: non est res facilis et passim obuia. Hac precipue sponsa ut puto designat dicens. Querit me et non inuenit illam que diligit aia mea Iesum: qui viuit et regnat in secula seculorum Amen.

Sermo. vi.

Sponsa moras in querendo patitur: et quandam illi difficultatem: vmbra sponsus ob tendit: copia sui non statim indulget. Illa tamen calore studio sedulitate persequitur: que

lam ingeminat. Non inuenit illi fratres: si sedulitas submouet: desidia que admittit. Si non inuenit amor: quando inuenit tepor: que raritas orandi: que remissio. Quid ego nunc contra raritatem orandi et remissionem inter vos disputo? Non est opus medelas adhibere: que non laboratis. Peregrina sunt a vobis hec vicia. Quis enim vestrum que non sit et frequens et seruus in oratione? Et si torpor abest: videte ne vos dilationis tedia defatigent: et infringant desideria vestra. Utrobique reat est: si sit aia vestra vel in postulatione remissa: vel in expectatione deficiens. Sponse desideria audis dilata. et tu ad premissum orationis tue pulsum inspirationis diuine delicias tibi non affluere queris? causaris. Nunc cepisti et cito a directione sua tu infringis spiritus. Quid si tibi illud de euangelio improperat. Sic non potuisti vna hora vigilare mecum: Vigilate ergo et orate quia nescitis qua hora dilectus vester adueniat. Pertinax oratio pringit ad finem. Et si tibi in iniuriis sicca et velut sarca videat. oleum tamen gratiarum elicies de hinc sarco durissimo: tamen si perseueres. si te longior mora non dissoluat. si non dilatione tua vota lentescant. Dolesta tamen amati dilatio: sed solent pertracta desideria amplius crescere. Quid vobis nota ingero? Veratio crebra ipsa vobis huius rei dabit intellectum. imo iam dedit: idque frequenter. Crebro vos exercitatos inueni in hominibus studiis. Non possum gloriari hos genuisse affectus in vobis. gaudeo tamen inuenisse vos in istis. Et si non hec in vobis studia formant: vti nam in illis fouere vos possum. Et ipse custos sum. ideo illa mihi sponse se voce sepe replicatis. Nam que diligit anima mea vidistis: O beata aia quam tanta sancta desideria exerceat. Desideria dilecti dilecte que nescit nisi de christo rogare: que talem inuenta erupit in voce. Nam que diligit anima mea vidistis: Denique sponsa est que talibus inuenit occupata scripturis. Inuenit me in quibus custodes ciuitatis. que ficti et fallaces sunt nihil tam refugium que tamen ab his inueniri custodibus. et si deprehendunt: non facile vincunt. Laym factus est vagus et per fugus super terram. inueniri formidat. Dominus inquit que inuenit me occidet me. Non vult peccatum occidere: que non vult mori. Nam ubi non vereciter interficit: sed magis se foueri confidit: impudenter se iactat indisciplinatus